



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Monvmenta Paderbornensia**

**Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1669**

1. Brvnisberga.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11425**

lenus cum duobus fratribus. Clades illata haud modica fuit: nam templum primarium subiecto pulvere nitrato disjectum, portæ civitatis incensa, cætera pari ruina vastata. Quicquid cives & accolæ post nuperam Suecicam expugnationem urbis huc convexe-rant, spolio abreptum. Postridie tres præstantes campanæ unâ cum turri corruerunt.

## BRVNISBERGA PROPE HVXARIAM.

1. **B**RVNISBERGA. Manet etiamnum nomen hu-jus loci & insignis fama, cui fidem faciunt scriptores antiqui, atq; hos inter Poëta anonym. l. i. A. 775. Annal. incerti Auth. & vita Caroli M. apud Pithæum. Astronom. apud Reuberum, & Regino.

2. PROPE HVXARIAM. Quam Ludovicus Pius VI. Kal. Augusti indiæt. prima Imperij sui X. qui fuit annus æræ Christianæ 823. Monasterio Corbejensi donavit. vid. diploma apud Gerhardum Cleinsorgium in hist. ecclesiastica Westph. MS. & Stangefolium in Annal. circul. Westphal. l. 2. pag. 120. Quo verò tempore cœpit floruitque *Brunisberga*, *Huxaria* sive, ut tum nominata fuit, *Huxeri* villa tantum erat, postmodum verò hæc oppidum insigne eva-sit. Illa interim seu bello seu vetustate corruit, nec nisi mœ-nium vestigia, vallorumque & fossarum ostendit.

3. ARX. Montem Poëta Anonym. locum Astronom. & vita Caroli M. arcem omnium fortissimam. Cranzius. Wi-dekindus Abbas Corb. in literis An. 1198. castrum appellant.

4. BRVNO-